

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Joachim Bellermann Johann Jacob Friedrich Sinnhold

**Pavca De Inscriptionibvs Hebraicis Erfordiae Repertis**

**Partic. I : Academiae Electoralis Erfordiensis Rector Joann. Jac. Frid. Sinnhold  
Cvm Senatv Academico Ad Sacra I. C. Natalia Sancte Celebranda Cives  
Exhortantvr**

Erfordiae: Typis Joann. Christ. Goerling, 1793

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160264>

Band (Druck) Freier Zugang 

CIc-571<sup>4(1)</sup>



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1757160264/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160264/phys_0002)

**DFG**





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1757160264/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160264/phys_0004)

**DFG**

ACADEMIAE ELECTORALIS ERFORDIENSIS  
RECTOR  
IOANN. IAC. FRID. SINNHOOLD  
CVM  
SENATV ACADEMICO  
AD  
SACRA I. C. NATALIA  
SANCTE CELEBRANDA  
CIVES EXHORTANTVR,



Vorj.  
Johann Joachim  
Bellermann.


INSUNT PAVCA DE INSCRIPTIONIEVS HEBRAICIS ERFORDIAE REPERTIS. PARTIC. I.


ERFORDIAE 1793.  
TYPIS IOANN. CHRIST. GOERLING.

CLC-5214 (1-4)

Recensetur a tirone in Jurijs algomius Litteraturis Zeitung  
num. 281. T. 135. 136. von 20 Oct. 1795.

ALIATAMI. О. РАВОЕ





DE  
INSCRIPTIONIBUS HEBRAICIS ER-  
FORDIAE REPERTIS.

---

P A R T I C U L A I

Lapidibus literis inscriptis graecis et latinis historiam antiquam, praesertim chronologiam, geographiam, archaeologiam et palaeographiam multum debere, omnes rei gnari affirmant. Lepides, ut numismata, sunt monumenta charta et membranis durabiliora, nec depravationi toties, quoties librariorum descriptiones exposita; summa vero

A 2

fide

fide digna sunt ea monumenta, quae publico usui destinaverat antiquitas. Inde ex inscriptionum thesauris a Grntero, Reinesio, Chandlero, Maffeo, Corsino, Chishullio etc. collectis viri literati studium historico - criticum miro modo promoverunt.

Cum fortuna secunda ducti viginti tres inscriptiones hebraicas, cippis sepulchralibus iudaicis insculptas, hic existentes inuenierimus, quae huc usque nec collectae nec explicatae et publici iuris factae sunt, eas descriptas et versas illustraturi sumus. Quodsi haec monumenta antiqua historiae universalis seu statuum Europae minus noua augmenta afferant, quod lubenter concedimus, studioso tamen historiae Iudeorum Erfordiensium et amatori antiquitatum non sunt omnimode sphenenda.

1) *Historia Iudeorum medii aevi in Germania in genere*, nec satis clara nec satis certa, sed caligine adhuc inducta est, quanquam scitu digna; res Erfordienses in specie, Iudeos spectantes, magis dubia fama rumoreque ambiguo, quam documentis certis nituntur, et historiographi nostri, quantum scimus, omnes, his monumentis, omnis dubii expertibus, non sunt usi, quanquam sint maximam partem antiquiora documentis manuscriptis iudaicis, in tabulario, quod hic est, asseruatis.

2) *Palaeographiam hebraicam nondum habentis*, cuius ope codicum hebraicorum actas, natio et familia definiri queat, cum tamen graecam e. g. Montefalconii, et latinam in

in variis operibus diplomaticis, e. g. PP. Benedictinorum St. Mauri, possidemus. Inde in aestuanda codicem hebraeorum aetate tot vacillationes et contradictiones, quot fere alias nullibi. Ex his lapidibus discimus characteres antiquos, ab impressis diuersos, certo tempore in cippis semper notato visitatos, cum manuscriptis aetatis professione carentibus vel conformes vel disformes; quorum accurata obseruatione, diligent comparisone et sagaci classificatione ad fundamentum critices palaeographicae struendum aliquid contribui posse persuasi sumus.

3) Cippi isti respectu artis adhibitae considerari possunt. Inter lapides Erfordienses nec vrla, nec pyramis, nec statua intenit; omnes sunt tabulae, oblongo-quadratae, vnico tantum latere inscriptae. Formae planitiae literis obsitae variant, quas deinde apponi curabimus. Antiquitatis peritus inscriptiones has adspiciens, in quibusdam singularem diligentiam et raram curam, qua exaratae sunt, vt miretur necesse est, plurimae tamen sunt rudes. Inde iudicare licet, quod artifices gnari hic haud defuerint. Literae omnibus lapidibus sunt incisae, in nullo exsculptae.

4) Ex his monumentis cognoscimus epitaphiorum formulas, pia vota e pectore iudaico pro mortuis protrusa, defunctorum nomina, honores et laudes, cet. quae omnia antiquitatis amatorem, morum consuetudinemque studiosum, hebraica cum graecis et latinis comparantem tenent.

His paucis p̄aelibatis, quorum v̄beriorem explanatio-  
nem ad aliam occasionem reponimus, nunc cippos sepul-  
chrales verbotenius describamus et versionem notasque phi-  
lologicas addamus, vt studiosi in hebraicis minus profecti  
fructum aliquem percipere et alia monumenta illis fortas-  
sis obvia simili modo facilius explicare possint. Nullibi  
adsunt vocales, et vocabula spatiis non sunt distincta.

Ad portam S. Andreae duo inueniuntur cippi sepul-  
chrales, qui in externo pariete domus scribae portalis  
calce lateribusque sunt inserti; ambo bene conservati.  
Faber caementarius eos muro transuerse compedit, ita vt  
literae situatione obliqua adpareant. Domo, ex eo tem-  
pore quo exstribebatur, crebro dealbata, simul maxima  
literarum pars calce oblita et conspurcata erat; cum vero  
hos lapides purgari curavimus, nunc minori cum negotio  
cuilibet praetereundi legere licet. Retinemus in descri-  
bendo easdem lineas, quibus literae sunt insculptae.

ציון הלו  
 הוקם בראש  
 מרתג'וט אבטח  
 שלמה שנפטרה  
 בשנח'ך לפרט  
 וכادر בחרמש  
 בשבת מנוחתה  
 כבוד ००

**Id est:**

Cippus hic sepulchralis  
 erectus est iuxta caput  
 Dominae Gitae, filiae Rabbi  
 Salomonis, quae dimissa (mortua) est  
 anno 28 computationis (minoris, i. e. 1268. Chr.)  
**duodecima** mensis Adar (Februarii) die quinto,  
**hebdomad<sup>a</sup>** (i.e. die Spons) et quidem die Sabbath. Quies eius  
 sit gloria (gloriosa) !

Obser-

Observationes:

- 1) צִיּוֹן non Zion, sed צִיּוֹן צִיּוֹן sonat, et est a) signum, nota; b) res signata; c) in specie monumentum sepulchrale, a. rad. צָוֹן chald. in Pael signauit, 2 Reg. 23, 17. — hic, id. q. חַזְתָּה.
- 2) הַזְקָמָה praet. Hophal, erectum est, r. קָמָם.
- 3) לְרָאשׁ proprie est capiti, hoc loco vertendum iuxta caput, quia antiquitatibus iudaicis edocti scimus, quod lapides sepulchrales non sepulchris ipsis impositi, sed iuxta caput errecti fuerint.
- 4) מִרְתָּה est vel nomen proprium מִרְתָּה et Mariha: vel appellatum Syr. et Rabb. domina, hera domestica; pronunciare etiam posses מִרְתָּה stat. constr. amaror, amaritudo; si animo tribuitur est fastidium, tormentum, Gen. 26, 35. a. r. מִרְתָּה eodem sensu occurrit מִרְתָּה Prou. 14, 10. quod vero hoc loco nexus non admittit. Praferenda est significatio Dominae, quae in multis aliis hic obuiis lapidibus, qui in foeminarum memoriam positi sunt, inuenitur.
- 5) ר Resch coronatum, seu apice superne instructum, et praepositum nominibus propriis, est abbreviatura titulorum רָבִי et רָבָן, i. e. Magister, Doctor et Princeps. Rabbi excellentior titulus est quam Rab, Rabban autem omnium praestantissimus.
- 6) שְׁלֹמֹה Schlomoh, nom. propr. Salomo.

7)

7) שְׁנַקְעָה a rad. פֶּרֶת in Hebraismo dimisit, in Chaldaismo et quidem in passiuo mortuus est; quae significatio e prima per ellipsis explicatur: dimissus est, scilicet e vita. In Arabismo فَرَقَ et فَرَقْ est fudit, inde hebr. פֶּרֶת fissura: id quod fuditur dimittit partem antea connexam.

8) בְּשֻׁנְתָּה vocalibus adiectis.

9) כָּה sic absque dubio legendum est, quanquam prior litera in cippo magis formam כָּה quam כָּה in ducerit. כָּה numerice sumtum 2 et 8 esset decem; et si quis hanc lectionem defendere vellet, in medium afferre posset, quod Iudei, ex ideis satis piis numerum denarium non unica litera Iod scribentes, ne sanctum Dei nomen Iehoua, cuius initium est Iod, profanetur, hoc loco variquerint, et loco תְּנֵנָה 9+1.

כָּה 2+8 posuerint. Quae vero explicatio magis speciosa quam vera est, quia maior numerus, alphabeto adhibito, semper praeponitur minori, et sub hac suppositione כָּה esse deberet. Ob hanc causam lego כָּה i. e.  $20 + 8 = 28$ . Additis 240 anniis, habemus 268, et posito millenario 1268, qui annus aerae christiana respondet iudaico vigesimo octauo. — Iudei enim numerantes a creatione mundi ad annum praesentem 1793 computant 553. Breuitatis studio rarissime omnem numerum exprimunt, millenarium omitentes, centenarios tantum indicant 553. Si quis ita que

B

que

que scire cupit, quotus christianaæ aerae annus sit quisque iudaicae computationis datus annus, addat 240, habebitque nostrum, si discesserit a millenario. E. g. annus iudaicus  $553 + 240 = 793$ . et  $793 + 1000 = 1793$ . Haec autem computatio, quod bene monendum est, non quolibet anni tempore quadrat, quia nouus annus (seu terminus a quo) Christianorum et Iudeorum non vnuis idemque est, sed spatio trium mensium et quod excurrit differt; nouus enim annus Iudeorum politicus \*) primo die mensis Tisri incipit, qui circiter medio Septembribus respondet. Si quis e. g. nunc temporis, mense Decembri 1793, quo haec scribimus, annum iudaicum cum nostro comparare vellet, tantum 239 anni essent adiiciendi, quia anni principium ante tres menses celebrauere Iudei, scribentes iam iam 5554, cum nos adhuc in 93<sup>mo</sup> vivamus.

10) **לְפָרָט** Ex Rabbinismo et Chald. r. **פָרָט** singulatim numeravit, inde **פָרָט** numeratio, computatio. Saepissime omittitur קָטוֹן paruuus, inde et **לְפָרָט** secundum aeram minorem seu numerum annorum mundi infra millenarium. Aera seu computatio maior, vt diximus, est ab orbe condito 5028, minor 28.

11) **וּכְאַדְרָה**, mensis Adar respondet maximam partem nostro Februario, partem Martii simul complectens.

12)

\*) Ecclesiastici anni initium erat Nisan (Martius) Exod. 12, 1.

¶ 12) **בְּחַטָּמָשׁ** plene hic scriptum cum Iod, matre lectionis, lev ut Gen. 1, 23. **חַמִּישׁ**, ultimum Iod ob penuriam spatii a sculptore omisssum est, proprie **בְּחַמִּישׁ**.

¶ 13) **בְּשַׁבָּת**, **רַשְׁבָּת** esse potest vel infinitius, a rad. in sede, sive in loco! In sede quietis eius sit gloria! vel nomen, a rad. **שְׁבָתָה**, **שְׁבָתָה** in Sabbatho, die Sabbathi, quod h. l. praetulimus, quia a) prior constructio et tautologia nimis durae videntur; b) quia feriam et datum (diem septimanae et mensis) simul allegare apud Hebraeos solemne est, sicut in nostris lapidibus saepe occurrit, c) et quia denique verba sequentia in Iesaiā II, 10. e quo desumpta putamus, adsunt.

¶ 14) **מְנֻחָה** **מְנוּחָה** **כְּבוֹד** Locus citatus e Iesaiā, sic sonat: **כְּבוֹד** Quia in nostro monumento de foemina sermo est, suffixum foemininum requirebatur. Eadem phrasis apud Iudeos hodiernos saepe auditur: Thehi mēnu-choso kobod, quies in honorem ei cedat!

¶ 15) Duo circelli in fine huius et quarundam aliarum hic repertarum inscriptionum obuii sunt signa finis. Ad explicandas deriuandasque has figuræ in mentem nobis venit, num ne fuerint primitus duo Samech, quae litteræ in manuscriptis figura circuli passim designantur, in quibusdam dialectis antiquis eandem formiam assumerunt \*), et in idiomate hebraeo-germanico seniper

B 2

ita

\*) Vid. Büttner's Vergleichungstafeln der Schriftarten etc. 1. Stück, Göttingen 1771. Samech Syriacum etiam duobus circulis constat.

ita pinguntur \*). Duo Samech ס tanquam scribendi compendia assumta indicant a) vel סדרא סתומה, b) vel סוף סוף, c) vel סלה סלה. Prima resolutio duorum Samech, quae hoc sensu in Pentateucho saepius occurunt et sectionem clausam indicant, locum habere non potest, quia hic ex mente Iudeorum non est talis sectio clausa, quales Pentateucho sunt peculiares. Ad fulciendam secundam explanationem, quod duo Samech a סוף סוף finis finis sint repetenda, inter alia figura originaria ۷۸ Silluk cum Soph pasuk, quae erat duplex Samech, adduci potest. Pro tertia explendi methodo, Selah Selah est consuetudo in fine epitaphiorum expressis verbis ponendi Selah, seu Amen Selah; quam notam expressam etiam in nostris passim videmus.

\* ) (Seeligs) Lehrbuch der iüdisch-deutschen Sprache, Leipzig.  
1792.

---

## II.

Socius cippi praecedentis in eodem pariete caementitio, similique modo transuerso interpositus sic se habet:



*Id est :*

Quinto die  
mensis Chislev (Nouembris)  
sepultus est Rabbi Moscheh  
filius Eliiae  
sacerdotis, anno  
nonagesimo et quinto  
computationis (minoris, i. e. 1334 Chr.)  
Sit anima eius ligata in fasciculo viuentium!

*Notae :*

(1) *sic sic* בְּחַמְשָׁה יְמִים vocalibus explenda est prima linea.

Num. II, 19.

B 3

2)

- 2) לִיְחָן כָּסְלֵי mensis Chislev coincidit in Novembrem et Decembrem.
- 3) נִקְבָּר רַבִּי מִשְׁאָה (ג)
- 4) בֶּן אֱלֵיה הַפָּנָה (ד) Elijah vulgo Elias.
- 5) בְּשִׁנְתָּה תְּשֻׁעִים וְחַמֵּש Annis 95 addendi sunt 240 et milenarius, quo facta habemus aeram christianam 1335. Cum vero cippus hic mense Chislev erectus fuerit, tantum 239 annos adiicere licet; accuratius, ut supra explanauimus, hoc monumentum anno 1334 p. Chr. n. adscribimus.
- 6) Quinque vincinis notatae literae sunt initiales dicti inter Iudeos triti, ex 1 Sam. 25, 29. destunti, quodque plene sic se habet: חַהִי נְפָשׁוֹ צְרוֹר בָּצְרוֹר הַחַיִּים Sit anima eius ligata in fasciculo vincentium! quae phrasis metaphorica Dei providentiam in homines probos coloribus notatu dignis quasi ad oculos depingit. Homines res ipsis caras in cistis, linteis aliisue inuolucris seruant; poeta hebraeus Deo tale quid tribuit, in quo animos hominum ipsi caros conseruat et contra mala tuetur. Viuentes sunt ex Hebraismo beati, felices, inde etiam ζωτες in N. T. saepe idem valent ac μαναργοι και ευδαι-  
MOYES.

### III.

In vallo Mauritii, ad portam Andreae sex cippos inuenientes descriptsimus, primus sic se habet:

זה  
המחצב  
ציון נצב בראש  
הגבירה מרת  
רחל בתרומנה  
הכהן שנאספה  
בשנתה האורכית  
לאלף השתי  
נוחה עדן ○

Hic excisus lapis  
in monumentum constitutus est  
iuxta caput  
praepotentis (praenobilissimae) do-  
mina Rachelis, filiae Rabbi Menachem  
Sacerdotis, quae congregata est  
(sc. ad patres)  
anno quadragesimo (Chr. 1280)  
millenarii sexti.  
Quies eius sit Paradisus! ○

Missis sepulchris Iudeorum, quorum reliqua monu-  
menta Erfordiensia ob fines hic praescriptos proximae occa-  
sioni reseruamus, ad contrarium nunc progrediamur, ad na-  
tiuitatem; mors enim et nativitas sunt duo extrema vitae hu-  
mana, quae quanquam longe dissita, intimo tamen nexu te-  
nentur. Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi memoriam  
praesenti festo sumus celebraturi, memoriam illius, qui e  
gente iudaica ortus, multis nationibus religionem nostram  
sacrosanctam tradidit. Natales dies huius nostri Saluatoris  
graueriter, serio et salubriter ut recolere velitis, *Commilitiones*  
*dilectissimi*, amanter adhortamur. Hoc festo, quod christianis  
est

est maximi momenti, implorabimus etiam Deum, vt nobis  
diu et prospere seruet *Eminenissimum ac Celsissimum Prin-*  
*cipem Electorem FRIDERICUM CAROLUM IOSEPHUM,*  
*S. sedis Moguntinae Archiepiscopum, S. Romani Imperii per*  
*Germaniam Archicancellarium, Principem et Episcopum Wormatiensem*  
*cet. cet., vt Eum, Patrem patriae dilectissimum,*  
*protegat difficillimis hisce temporibus, quibus procella pro-*  
*cellam urget, vt sub *Eius imperio felici**

redeat Concordia, Virtus,  
cumque Fide Pietas alta cervice vagetur!

Supplices etiam manus ad coelum tendamus pro incolumente  
atque salute Reuerendissimi ac Illustrissimi Domini, Domini  
CAROLI THEODORI ANTONII Lib. Bar. DE DALBERG,  
Archiepiscopi Tarsensis, Coadjutoris Moguntini, Wormatiensis  
et Constantiensis, nec non ciuitatis et territorii Erfordiensis  
Propincipis, Domini nostri clementissimi, vt Deus Eum  
sospitet et *Eius consiliis saluberrimis annuat, sic*

cuncta beata precamur,  
sic vitam ducetque Erfordia nostra beatam.

Publ. sub sigillo Rectoratus. Fer. I. Festi nativitatis Christi,  
anno MDCCCLXXXIII.












Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1757160264/phys\\_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1757160264/phys_0024)



ב חמ ש ה י מ י  
 ל י ר ח כ ס ל יו  
 נ ק ב ר ל מ ש ה  
 ב ר א ל י ה  
 ח כ ה נ ב ש נ ה  
 ת ש ע י ס ו ח מ ש  
 ל פ ר ט ת נ צ ב ר



the scale towards document